

ait: [Ego uenit uitā habeant,] hoc est, fidem quæ per dilectionē operatur, per quā fidē in ouile ingrediuntur ut uiuant, quia iustus ex fide uiuit. [Et abundantius habeant,] quia perseuerando usque in finē per illud ostiū. i. per fidē Christi egrediuntur, quoniam uiri fideles moriuntur, & abundantius habebunt uitā uenendo quod pastor ille præcessit, ubi nunquam deinde moriantur. Quāuis ergo & hic in ipso ouili nō desine pascua, quoniam ad utrunque possumus intelligere quod dictum est: [Et pascua inueniet] .i. ad ingressum & ad egressum, tñ tunc uera pascua inuenient, ubi saturentur qui esuriunt & sitiunt iusticiā: qualia pascua inuenit, cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso.

**FERIA IIII. PEN**  
 recostes. Actuum II.

**In diebus illis** **Stas Petrus cū undecim,**  
**elevauit uocem suam, & locutus est eis: Vi**  
**ri Iudæi, & qui habitatis Ierusalē uniuersi,**  
**hoc uobis notum sit, & auribus percipite**  
**uerba mea. Et reliqua.**

**P**ost aduentū spiritus sancti in apostolos, quem adhuc presenti festiuitate celebramus, Iudæi audientes apostolos plenos spū sancto, omnium genera linguaꝝ loquentes, stupebant ualde & admirabantur. Alij autē deridentes, dicebāt, quia musto repleti sunt. Ignorātes tñ uera dicebant, quia musto spiritalis gratiæ erant repleti. Iā enim uinū nouum in utres novos uenerat, cū apostoli nō uetustate litere, sed in nouitate spiritus, dei magnalia resonarēt. Tūc

Matth. 9.  
 Luc. 11. 7.

**stans Petrus cū undecim**, ut in presenti lectio-  
 ne audistis, **eleuauit vocē suam ⁊ dixit: Viri**  
**Iudæi, & q̄ habitatis Ierusalē** uniuersi, hoc uobis no-  
 tum sit, & auribus percipite uerba mea. Non em̄ sic  
 ut uos existimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei ter-  
 tia. ] Spūs sanctus gloriam indiuiduæ trinitatis mun-  
 do prædicaturus, tertia cōuenienter hora descendit  
 super apostolos, qui erant in oratione p̄seuerantes.  
 Recte aut̄ spiritum sct̄m orationis hora percipiunt,  
 ut ostendat̄ legentibus, quia spiritus sancti gratia nō  
 facile percipitur, nisi mēs à carnalibus suspētia, ad su-  
 perna semp̄ medicanda eleuetur. **sed hoc est quod**  
**dictū est per prophetā: Effundam de spiritu**  
**meo super oēm carnē.** In uerbo effusionis, oñdit  
 muneris largitatē, & non ut olim p̄phetis & sacer-  
 doribus tantum datus spiritus sanctus, sed credenti-  
 bus oñibus passim in utroq̄ sexu cōditionibus & p̄-  
 sonis eadem esset gratia concessa. **Et dabo prodi-**  
**gia in cælo sursum, ⁊ signa in terra deorsum.**  
**Prodigia in cælo, dño nascēte,** nouū sidus apparuit,  
 illo crucē ascendēte, sol obscuratus est, sed & ipsum  
 cælum tenebris est obductū. Signa in terra, quę dño  
 sp̄m̄ emittente cōtremuit, monumenta aperuit, saxa  
 scidit, & multa quę dormierant sct̄orum corpora,  
 rediuiua ptulit. **Sanguinē et ignem ⁊ uaporē**  
**fumi.** Sanguinē de latere suo emanantē dedit, quo  
 totius mundi salus processit, & maledictio deleta, &  
 tota terra est sanctificata. **Ignem autē .i. sp̄m̄ sanctū**  
 dedit, qui exurit omnia uicia & peccata in homine.  
**Vaporem .i. gratiā compunctiōnis & fletuū.** Potest  
 etiā in igne, fideliū illuminatio: in uapore fumi, lu-  
 ctuos, qui nō crediderunt, cæcitas intelligi. **Et erit.**

om̄is qui inuocauerit nomē domini. saluus erit. Hoc est quod Petrus alibi ait: Quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timerum & operatur iusticiā, acceptus est illi. Quæ cum ita sint, perspice o homo quantum ualeas, & perpende quid debeas, ut tandē uilis esse tibi desinas, ut uel per hoc erubescendis subiacere uitis dedigneris, dū generositate tuā de creatoris ac reparatoris dignitate imiteris. Habet causas quibus se ipse cōfundat. Cur dignis dominis ficto corde subdatur, cui gloria promittitur æterna? Ac si gemino priuilegio diuinæ imaginis participatione uidebaris honoratus, efficeris etiam commercij nobilitate preciosus. Vnde ergo ita fortis esse possis contra hostem tuū, interroga statum tuū, quā tibi dñs ad debellandū in mēbris tuis mundi principē, ac spirituales nequitas superandas, liberā contulerit facultatē. Ac sic impossibile nō putes, te transferri ut cælestia obtineas, si aërias deuceris potestates. Non ergo te degenerem ac despectum faciat uira, quem uel factura probatur illustrē protulisse, uel gratia: sed cursum suum fideles Christi ad superna fiducialiter attollant. Nam qui se cælesti precio uident redemptos, ad cælestia non dubitent præparatos, per dñm nostrū Iesum Christū, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

## FERIA QVARTA

Pentecostes. Iohan. VI.

In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et rel.